

**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 10. habens instituere, si fiat patronus, vel ex iure deuoluto debeat
beneficium conferre, nunquid hæc vnico actu expediat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

240 Pars II. Lib. XII. Cap. X.

- quando de primæ institutio-
nis firmitate dubitatur, & tūc
secunda institutio tenet. ar-
gumento eorum, quæ dicit
gloss. vlt. in cap. vlt. 3. q. 4.
2 Et quando† patronus pro cō-
feruatione sui Iuris vult re-
presentare, iteratur institutio,
non pro necessitate instituti,
sed vt patronus conseruetur

in sua quasi possessione. Ve-
rum si † institutio facta sit ab
vno, de cuius auctoritate
dubitatur, si fiat alia institu-
tio ab altero, ea tenet. cap.
post electionem. de concess.
præben. Lambertin. de iure
patron. lib. 2. par. 3. quest. 2.
artic. 18.

C A P V T D E C I M V M.

Habens instituere si fiat patronus, vel ex iure deuoluto
debeat beneficium conferre, nunquid hæc
vnico actu expediat.

S V M M A R I V M .

- 1 Superior habens instituere
si fiat patronus, quomodo a-
ctum expedire debet.
2 Eo casu prius debet ipse,
vel eius procurator præsenta-
re, & post instituet.
3 Idem est, si superior sit pa-
tronus iure sui patrimonij, vel
ut compromissarius debeat
præsentare.
4 Episcopus factus patronus,
ut Episcopus potest actum si-
cuit vult expedire.

- 5 Superior si præsentare de-
beat cum consilio alterius, a-
ctus fieri debent separati.
6 Superior conferens benefi-
cium deuolutum expedit a-
ctum vnico contextu.
7 Institutio fieri debet serua-
to cap. vlt. de elect. lib. 6.

- 1 **D**Vbium est † an habens
instituere si patronus
efficiatur, vel ex iure deuolu-
to conferre debeat benefi-
cium, possit hæc omnia vni-
co actu expedire. Ad cuius
du-



dubij resolutionem considerandi sunt infrascripti casus; de quibus loquitur Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæst. 2. art. 19. &

2 Primus est † casus, quando in Episcopo concurrerent due qualitates, nempe quia esset Abbas alicuius ecclesiæ, & tanquam Abbas esset patronus alterius ecclesiæ, & tanquam Episcopus haberet ius instituendi in dicta ecclesia patronata: tunc non expediuntur hæc vnoico actu; sed debet hæc separate fieri; idest, Primo debet tanquam Abbas præsentare, vel melius esset, quod procurator nomine Abbatis præsentaret, & postea Episcopus instituat secundum text. in cap. à collatione. de appellat. lib. 6. & in cap. cum olim cum ibi notatis per Felin. de re iudic. & eo casu seruandus erit tex. in cap. vlt. de elect. lib. 6. Idem

3 est † dicendum quando ad habentem instituere spectat ius patronat. ratione sui patrimonij, vel si talis habeat copatronos. Idem etiam est, si compromittatur ius præsentandi in habentem instituere,

vel eidem tanquam priuatæ personæ sit facta donatio ius patronatus.

4 Secundus est † casus, quando in Episcopum tanquam Episcopum fuit à laicis patro- nis trâslatum ius patronatus: & tunc est in Episcopi arbitrio negocium expedire vni- co actu, vel dupli- ci.

5 Tertius † casus, quando fit translatio ius patronatus in habentem instituere, cum reseruatione, quod præsentet cum consilio puta Archidiaconi, vel alterius, vel præ- sentet aliquem de tali familiâ: & tunc tales actus sunt separatim expediendi. Abb. in cap. ne pro defectu. num. 4. de elect.

6 Quartus, & † vltimus est casus, quâdo ex deuolutione Superior debet conferre be- neficium: & tunc vnoico actu rem potest expedire, nisi es- set seruanda aliqua forma in fundatione apposita. vide Abbatem in cap. causam, quæ num. 6. de elect. Et ad institu- tionem semper † proceden- dum est ab habéte instituere seruata forma text. in dicto cap. vlt. de elect. lib. 6.

Praxis Iurifpatron.

Q CA-